



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Breviario Concionatorio, Strenæ, Fidelis Prophetissa  
Concionibus de B. M. Virgine serviens, Conciones  
Occurrentes & Funebres**

**Tylkowski, Wojciech**

**Oliva, 1686**

Ad Sacerdotes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51821](#)

## Ad Sacerdotes.

**V**er erat carus DEO Moyses, & tamen cum saviret plaga supra populum Num. 16. dixit ad Aaronem sacerdotem. *Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum de super pergens citio ad populum ut roges pro eo.* Et additur, quem erubuit Angelus vastator. Ex quo colligitur peiores esse tali Angelo, id est dæmone, qui non reverentur legatum Principis. Sacerdos est Legatus, ut ait Paulus. *Legatione fungimur pro Christo,* hoc ut magna est dignitas, ita requirit, ne quis Principi pro quo est Legatus, faciat contra honorem & hoc ipsum severè vindicat DEUS. Malach 2. *Et nunc ad vos mandatum hoc, o sacerdotes: si nolueritis audire, & nolueritis posse supra cor, ut deris gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum mittam vos in cæstum, & maledicam benedictionibus vestris &c.* Vos autem recessisti de via & scandalisisti plurimos in lege: irrum fecisti pactum meum, dicit Dominus exercituum. Propter quod ego dedi vos contemptibiles & humiles omnibus populis. Hæc prima poena est, ut contemnatur a populo, ut contra eos insurgant sæculares. Quia sacerdos debet esse sine culpa. In vitis PP. lib. 2. Abbas Mothues factus per vim sacerdos, abstinuit sacerdotio, dicebat enim. *Confido in DEO meo, non habeo grande iudicium propter ordinationem hanc, quia oblationem non præsumpsi facere.* Nam ordinatio hæc illorum est, qui sine culpa sunt: ego autem me bene cognosco. Altera poena est, DEUS negat beneficia sua populo propter malos sacerdotes. Isai. 6. *Et factum est anno quo mortuus est, videbam Dominum sedentem in solo exercito.* Quid conjungitur Prophetia cum morte Ozias Regis & quia Oziam non ejecerunt sacerdotes, cum esset leprosus, Chrysostom. hom. 4. *Vetus erat mos, omnem leprorum e civitate ejicere,*

E 3

nunc

nunc verò non idem sit; exiuit ergo Rex cum lepra, non tamen ieu-  
runt eum ex cruxitate, dignitatem ejus Regam diademaque rever-  
sti, & DEUS irascens interrupit prophetiam &c. venit mors im-  
puri & solvit illam. Peccat interim populus dum agit con-  
tra sacerdotes. Cypr. Epist. 9. dicit cuidam, Inquisis in mo-  
res meos. Et post DEUM Judicem qui sacerdotes facit, te velle,  
non dicam de me, sed de DEI & Christi judicio iudicare. Hoc est  
in DEUM non credere: hoc est, rebellem adversus Christum, & ad-  
versus Evangelium ejus existere, & dum ille dicat, Nonne dico pa-  
stores &c. Nam credere quod indigni sunt & incerti qui ordinan-  
tur, quid aliud est, quam credere, quod non à DEO, nec per DEUM  
sacerdotes ejus in Ecclesia constituantur? Sed tamen ut Greg.  
lib. 5. in Reg. cap. 2. Sacerdos indignus qui merito sua inqui-  
nationis abjectitur, cum ministrare presumit, ad tanta glorie cul-  
men damnandus ascendit. Greg. Epist. 24. Quid Antistes ad  
Dominum, nisi pro delicto populi intercessor eligitur? quia itaque  
fiduciā ad DEUM pro peccatis alienus intercessor venio, apud quem  
de propriis securus non sum? Si fortasse quispiam apud potenter  
virum, qui & sibi iratus esset & mihi incognitus, intercessorum  
suum me fieri quereret, protinus dicerem, ad intercedendum veni-  
re nequeo, quia ejus notitiam ex sedula familiaritate non habeo, si  
igitur recte homo apud hominem de quo minimè præsumpsisse  
intercessor erubescerem, quantæ hoc audacia. quod ad DEUM pro  
populo intercessoris locum obtineo, cui me familiarem esse per mea  
merita non agnosco? Cum is qui displicet ad intercedendum mit-  
titur, irati ad deteriora animus provocatur, & valde pertimso  
ne commissa mihi plebi Fidelium, reas mei additamento deperat  
cujus nunc usque delicta Dominus tolerabat. Et Epist. 3. Cum  
scriptum 1. Tim. 3. ut quis prius probetur & sic ministret, multo  
magis antea probandus est qui populi intercessor assumitur, ne sicut  
causarum sacerdotes mali. Quid si adhuc de ventum fuerit de

quo

quo idem epist. 30. Rex superbiae prope est, & quod diei nefas est  
Sacerdotum properatus est exitus, quia cervici militant elationis,  
qui ad hoc posse fuerant qui ducatum praeberent humilitatis. Quid-  
si ad hoc de quo Bern. Serm. 33. in Cant. Serpit hodie puritata  
bes per omne corpus Ecclesie, & quod latius, eò periculosis, & despe-  
ratus quo interius. Nam si insurgeret apertus inimicus Hereti-  
ci, foras mitteretur & aresceret; si violentus inimicus, absconde-  
ret se forsitan ab eo. Nunc vero quem ejicit, aut à quo abscon-  
det se? Omnes amici & omnes inimici, omnes necessarii & omnes  
adversarii, omnes domestici & nulli pacifici, omnes proximi & o-  
mnes qua sua sunt quarunt. Ministri Christi sunt & serviunt  
Antichristo, honorati incedunt de bonis Domini cum Domino hono-  
rem non deserunt, inde est quem quotidie vides, meretricius nitor,  
bistrionicus habitus, Regius apparatus. Inde aurum in frant &  
sellis & calcaribus, Plus calcaria nitent quam altaria. Et rufus  
idem declamat. Non extolleret de facultatibus Ecclesie consan-  
guines suos aut nepes, ne filias dixerim, nupti tradat. Res pau-  
perum non pauperibus dare par sacrilegii crimen dignoscitur. Sunt  
patrimonia pauperum facultates Ecclesiarum: & sacrilegā illis  
cruelitare surripitur, quidquid sibi Ministri & Dispensatores, non  
utique Domini vel possessores, ultra vestrum accipiunt vel vestitum.  
Inde judicium gravissimum Sacerdotibus incumbit. Idem  
ibid. Misereamur impio & non disserit facere justitiam, in terra San-  
ctorum iniqua gesit, in Ecclesiasticis possessionibus que Sanctorum  
usibus erant destinatae, in domo Domini cœlesti gesit officium, An-  
gelus Domini exercitum factus est, tanquam Angelus aut eligitur  
aut reprobatur inventa quippe in Angelis pravitas, & districtus  
judicetur necesse est, & intolerabilius quam humana. Sacerdos e-  
nī quasi sacer dux est. Greg. Pastor. part. 2. cap. 7. Sacer-  
dotes jure vocati sunt, qui ut sacrum dueatum prabeant, Fidelibus  
present. Quomodo ducet, si ipse in foveam eadit? omnium  
est

est reus quos suo decipit ducatu, S. Ephrem Parenæsiis. Optet Majores minoribus formam præbere atque exemplum ad omnem virtutem ut non det occasionem, querentibus occasionem. Reis est Sacra Sacerdos, res sacræ non violantur absque sacrilegio. Plura possunt legi in meo Opusculo. *Jugum grave.*

### Ad Religiosos.

**T**Heodosius Imp. ut est in vitis PP. lib. 2. visitans Abbatem Pastorem ait. Beati estis vos Monachi quia securi & liberi de negotiis saeculi, tranquilla & quieta perfruimini vitam, & solummodo de salute animarum vestiarum habetis sollicitudinem, quomodo ad vitam eternam & celestia regna perveniatas. In veritate enim dico tibi, quia certe in regno natus sum, & nunc in igno dego, & nunquam sine sollicitudine cibum capio. Hic & locum, & felicitatem Religiosi hic magnus imperator descripsit. Aestimabant hanc suam felicitatem veteres Monachi, ideoque, non ex invidia, sed ut acuerent aestimationem illius in ingressuris Monasterium, ita procedebant ut est 3. p. Virorum PP. Cum quis renunciaturus facili negotiis in Monasterium se suscipi rogaverit, non ante admittitur quam diebus decem, vel eo amplius, praeforibus monasterii excubans, iudicium perseverantia sue pariter humilitatis ac patientiae demonstraverit. Cumque omnium Fratrum prætereuntium genibus pro volvus, & ab omnibus refutatus, & despectus sit, quasi qui non causâ Religiosis, sed necessitatis obtentu, monasterium optet intrare, multu injuriis affectu experimentum dederis constantia &c. Diligentia summa perquiritur, ne de facultatibus suis inhaerit ei vel unius nummi contagio. Hanc aestimationem status monastici habuit. S. Joan. Eleemosynarius, ut scribitur in vita S. Serapionis, ut accusacionem qualemcumque sive mendacem sive veracem non suscepit  
comita